

1572 settembre 18, Verola Alghise.

Visita pastorale del delegato vescovile Cristoforo Pilati. Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visita Pilati, 2, cc. 63r-69r.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* T. Casanova, 01.2009)

[c. 63r] {Verolalghisium}^m

Die 18ⁱ 7mbris 1572.

Ecclesia plebis *suprascriptæ* sub titulo *Sancti Laurentij* quæ reddit annuatim circa 1200² aureos uisitata fuit *per Reuerendum uisitatorem* ut *supra*. et est consecrata simul cum altare maiori, et altare conceptionis, reliqua altaria *non sunt consecrata* habet sub se ecclesias ut infra.

Ecclesiam *Sanctæ Annę de la Breda*, *Sancti Rochi* in terra de verolalghisio, oratorium *disciplinatorum*, oratorium beatæ virginis prope plebem, ecclesiam, *Sancti Georgii campestem* et ordinauit ut infra.

ornetur repositorium aliquo panno serico.

velum aliquot supra repositorium.

ciborium supra baptisterium cum conopeo et cratera uitrea intus appensa.

Altare illorum de Manerbijis in ingressu ecclesiæ destruat

Tellaria ad omnia altaria.

Telæ uirides ad omnia altaria.

Carta a secretis ad omnia altaria.

Capsula ex nuce pro uasculis oleorum.

Inauretur calix paruus cum patena

vas lapideum decentius pro baptisterio || [c. 63v]

Altaria indigentia ornamentis, aut ornentur, aut destruantur.

Aptetur tabernaculum quod deffertur ad infirmos.

Sanctuarium in loco decentiori.

Capsula pro reponendis purificatoriis.

planeta rubea qua utitur *capelanus* ad altare conceptionis, aptetur.

velum sericum pro humeris sacerdotis.

planetæ omnes fractæ, reficiantur.

Cinguli sex.

Tobaleę sex pro altaribus.

Manutergia in sacrario saltem quatuor.

confessionalia lignea duo.

peluiculæ pro lauabo.

ymbella fiat a societate corporis xpisti pro associando corpus xpisti in processionibus.

Libri duo pro describendis baptizatis,³ et matrimoniis.

Ad altare *Sancti spiritus*

Tobaleę.

Lapis sacratus *secundum* formam.

Tabula a secretis noua. || [c. 64r]

¹ La data è stata corretta, forse da "17", come appare alle cc. 68v-69r.

² Segue: «schi», cancellato.

³ *Scil.:* "baptizatis".

Altare rosarij *transferatur* in altare *Sancti Mathei*. et ubi *nunc* est altare *Sancti Mathei* ponatur *baptisterium*. et ubi *nunc* est *baptisterium* ponatur *labellum* pro aqua benedicta.

Altare *Sancti Antonij*.

Alius lapis sacratus *secundum* formam.
Duo candelabra ex auricalco.

Altare *corporis xpisti*

Eleuetur et fiat bredella
Lapis sacratus aptetur melius.
Carta a secretis noua *super tabulam*
pingantur candelabra et gradus altaris.

Altare *Sancti Iacobi*

Eleuetur, et fiat bredella.
Alius lapis sacratus *secundum* formam.
Crux decens.
Duo candelabra.
superponatur mensa lignea pro *conseruandis* tobaleis.
Fiat gradus, et pingatur.
Carta a secretis noua *super tabulam*

Ad altare *Domini* comitis lucretij

Duo candelabra auricalchi.
Crux decens, Pingatur capella altaris.
Palla aptetur melius, Tobaleę tres nouæ.
Bredella, carta a secretis noua. || [c. 64v]

Ad altare conceptionis.

Duo candelabra ex auricalcho.
Carta à secretis noua *super tabulam*

In ecclesia *Beatæ Virginis* prope plebem.

Destruatur altare *quod* est in facie contra portam.
Claudatur *çemeterium*.

Lampas ardet continue, Candelæ distribuuntur in festo *purificationis*. Rammi oliuarum, et cereus paschalis unius ponderis, omnia fiunt et distribuuntur expensis *Reuerendissimi* cardinali<s> *gambera* rectoris.

Concionator eligitur ab *illustrissimo Domino* Rectore et *comune* dat expensas, et *eleemosinam* suo arbitrio.

Campanarius conducitur, a *comuni* pro pulsando ad diuina officia diebus festiuis pro mortuis, pro concione, et ad arcendum nubium tempestates. cum mercede duodecim ducatorum, ultra *eleemosinas* quas acquirit.

Horologium aptatur expensis *comunis* à quodam, ad hoc electo. || [c. 65r]

Cerę *quæ* comburuntur circa altaria ponuntur a canonicis, et *capellanis*, quæ autem circa altare maius ponuntur a *Reuerendo Domino* vicario similiter intortitia *quæ* ardent in *eleuatione* *corporis Domini*.

Institutio *xpistiana* exercetur

Animæ comunionis sunt 2400 in totum 3400.

Accipiunt olea sacra à *cathedrali*. et ab ipsa accipiunt ecclesia *Sanctę Annę dela Breda*.

Schola corporis xpisti.

Dominus Innocentius de morbijs massarius societatis suprascriptæ constitutus *respondit*.
 Schola corporis xpisti adest in ecclesia nostra parochiali quæ habet proprium altare sub titulo
 Sancti Nicolai de tolentino
 Habet de liuello annuo libras 50 cum dimidia a Domino Maffeo Sandro. super petia terre ualoris mille et decem librarum.
 Habet confratres circa 200 qui soluunt solum infra annum, quatuor marculos
 Expendunt in ceris pro associando corpus Domini cum quatuor intortitia. || [c. 65v]
 Reficiunt cereum paschale quotannis,
 Distribuuntur etiam candelas quotannis confratribus in festo purificationis.
 Conducunt sacerdotem qui quotidie celebrat ad dictum altare cum eleemosina librarum 80 annuatim.
 Canitur missa primo quolibet die dominico mensis ad dictum altare.
 Faciunt celebrare anniuersarium quotannis cum omnibus sacerdotibus de veroloalghisio⁴ dando eleemosinam solidorum sex, cum cereo pro singulo. de reliquo reddituum et eleemosinarum dant aliquas eleemosinas pauperibus infirmis.
 Impositum fuit ut faciant computa quotannis, et seruentur ordines coram Reuerendo Domino vicario, et libentissime promisit. || [c. 66r]

Sacerdotes

Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus cardinalis Gambara, qui est rector, et non residet.
 Reuerendus Dominus Franciscus capriolus de caneto electus vicarius cum mercede centum aureorum sine alio grauamine.
 Reuerendus Dominus Gaspar de Zonis curatus coadiutor cum salario librarum 100 cum habitatione ab Illustrissimo rectore.
 Reuerendus Dominus Antonius pizzonus canonicus primus, cum obligatione dicendi horas canonicas in ecclesia, et canendi missam sua hebdomada et celebrandi missam omnibus diebus in ecclesia sine cura, nisi ad arbitrium et habet de annuo reddito ex plodiis XII Terræ circa 50 aureos.
 Reuerendus Dominus Ioannes petrus de Marinis 2^s canonicus cum obligatione ut supra, et reddito ut supra. coadiuuat in audiendis confessionibus ex liberalitate
 Reuerendus Dominus presbiter Blanchinus 3^s canonicus cum obligatione ut supra et reddito ut supra. || [c. 66v]
 Reuerendus Dominus Iulius Bouilla 4^s canonicus cum obligatione ut supra, et reddito ut supra. coadiuuat in audiendis confessionibus ex sua liberalitate.
 Reuerendus Dominus Ioannes antonius Boschettus, pro Domino alexandro Bouono cum mercede librarum 60 quæ dantur á Domino alexandro ut supra
 Reuerendus Dominus Dominicus Sala canonicus in canonicatu addito a Domino comite lucretio. cum obligatione ut supra.
 Reuerendus Dominus presbiter hyppolitus spallentia capellanus ad altare conceptionis cum obligatione celebrandi quotidie, ad requisitionem domini comiti Ranmutij Gambare cum salario aureorum 20 qui dantur partim ex legato scilicet librarum 60 reliquum uero ex liberalitate.
 Reuerendus Dominus presbiter baptista Zerlinus capellanus Domini comitis lucretij Gambare, cum mercede 40 aureorum cum obligatione celebrandi quotidie ad altare Sancti Stefani in parochiali, qui dantur partim ex || [c. 67r] legato scilicet uiginti, partim ex deuotione, seu liberalitate.

⁴ Scil.: "verolaalghisio".

Reuerendus Dominus presbiter Bernardinus Sala capellanus in ecclesia Sancti Bernardini et Rochi, cum cum [!] obligatione ut supra in ecclesia Sancti bernardini et Rochi ut dictum est.

Reuerendus Dominus presbiter baptista seniga capellanus in ecclesia parochiali, cum obligatione celebrandi quotidie. ad altare Sancti stefani cum salario aureorum 20 qui dantur á Domino comite Nicolao Gambará, et celebrat ad eius requisitionem. et dantur ex deuotione.

Reuerendus Dominus presbiter Franciscus patina capellanus ad altare scholæ corporis Domini cum salabio⁵ librarum 80 pro continua celebratione in dicta parochiali:

Clerici

Franciscus Rana in minoribus.

Bernardinus Rottus in minoribus seruit in parochiali cum salario librarum 12 quę dantur ab Illustrissimo Domino rectore.

Laurentius petonus in minoribus seruit cum mercede, ut supra. || [c. 67v]

Iacobus Garzonus seruit cum mercede ut supra. et non est ordinatus, sed incedit cum habitu.

Præ dicti omnes sacerdotes habitant cum mulieribus consanguineis, et partim cum mulieribus non suspectis.

Oratorium disciplinatorum.

Thomas codognola minister disciplinę constitutus respondit.

Disciplina adest in oratorio ad hoc specialiter instructo, sub titulo pietatis, siue Sancti Ioseph.

Habet confratres circa 25 et mulieres circa 50 quę conueniunt ad orationes, et habet suos ordines á Reuerendissimo Domino episcopo approbatos.

prædicta Societas habet libras 400 datas comuni super una domo quę est hipotecata dictis disciplinis ad habitandum usquequo dabitur alius locus. || [c. 68r]

Habet eleemosinas quę colliguntur tempore frugum, et omnibus diebus festiuis celebratur in suo oratorio.

Expenduntur in conducendo sacerdote, pro celebrando quotidie in suo oratorio dando libras 60.

Faciunt eleemosinas pauperibus confratribus, uel consororibus infirmis, et aliis pauperibus, secundum illorum indigentiam et posse suum.

Emunt ceras comburendas dum celebratur et dum dicunt sua officia diebus festiuis, et in ornamentis altaris.

Fit conuiuium in die Iouis Sancto caritatiuum inter ipsos confratres.

Conficiunt computa tempore natiuitatis, et mutantur gubernatores, et posthac uocabunt rectorem idest Reuerendum Dominum vicarium ad computa quotannis.

In ecclesia suprascripta disciplinæ.

Tellare pro pallio ad altare.

Tabula a secretis noua super tabulam.

Tela uiridis super altare

Pingatur gradus altaris.

Reficiatur pallium usuale. || [c. 68v]

Die 17 7mbris 1572⁶

Ecclesia Sancti Bernardini et Rochi. comunis de veroloalghisio quę habet legatum X plodiorum Terrę relictum a fratre petro de salis, in territorio suprascripto partim, et partim in contrata de la fornase, et partim in contrata de pelagallis. et liuellum duorum aureorum á

⁵ *Scil.:* "salario".

⁶ Corretto da «1571».

Dominis comitibus Domino Nicolao et Domino Lucretio á Gambara. quæ reddunt annuatim in totum circa centum et Xm libras. cum onere celebrandi in suprascritta ecclesia diebus festiuis continue, et ferialibus ad beneplacitum. cuius rector est Dominus presbiter Bernardinus de salis.

Tabula á secretis noua super tabulam
 Tobaleę duę
 pingantur candelabra.
 Inauretur patena, cum calice.
 pallium.
 peluis pro lauabo auricalchi.
 Tela uiridis super altare.
 Bredella.
 Labellum in sacrario cum situlo pro lauandis manibus.
 Altaria ornetur pallijs et omnibus ornamentis.
 Valuæ reficiantur. || [c. 69r]

17 7mbris 1572

Ecclesia Sancti Georgij campestris.

Altare maius ornetur omnibus ornamentis.
 Duo altaria in lateribus destruantur.
 Altare extra ecclesiam sub porticu destruat.